

Bulla Iubilei, et Indulgentiarum concessarum a S.<sup>mo</sup> N.  
Pio PP. IIII orantibus pro felici successu Concilij. Dat.  
xv Nouemb. 1561

5  
publicat' Tridenti  
die 29. Nouemb.

(4)

Pius Episcopus Seruus seruatorum Dei. Ad futuram rei memoriam  
Cupientes ex nostri pastoralis officij nobis diuinitus iniuncti  
munere, ut sacrum Oecumenicum generale Concilium Tride-  
tinum prosperum et felicem (Deo honoru' omnium auctore,)   
successum obtineat, ac Saluatoris Dni nri Iesu Christi, cuius  
uices, meritis licet imparibus, in terris gerimus, precepta  
sequentes, qui nobis per suum sanctiss.<sup>m</sup> os ueritatis dicit; *petite  
et accipietis, pulsate et aperietur uobis: et rursus per Prophetam  
Clama, ne cesses, et quasi tuba exalta uocem tuam: quod supe-  
riori anno fecimus, ita et nunc auctoritate Apostolica ex parte  
omnipotentis Dei, et per uiscera illius misericordiae, omnes et  
singulos utriusq. sexus Christianos, Episcopos, secularis, et cuiusuis ordi-  
nis regulares, etiam sub clausura uiuentes, tam in alma urbe  
nostra, quam in quibuscumq. Regnis, Dominijs, Prouincijs, Ciuitatib.  
oppidis Terris et locis per uniuersum terrarum orbem existen-  
tiam atq. etiam hortamur, in Domino paterne monemus, atq.  
intimo sincerissima mentis nrae affectu enixe requirimus, in  
urbe uidelicet degentes, ut in quarta, et sexta ferijs, ac die  
Sabbati proxime futurae, uel alterius immediate sequentis  
hebdomadae, alij uero extra dictam urbem quomodolibet consti-  
tuti, postquam presentes ad eorum notitiam peruenerint, in  
similibus quarta et sexta ferijs, ac die Sabbati alterius duar.  
hebdomadar, tunc, ut praefertur sequentium, ieiunijs atq. ora-  
tionibus, et elemosinar. erogationib. seu alijs pijs operibus,  
iuxta eor. conscientiam, seu sacerdotum, quibus peccata sua  
confitebuntur, salutare consilium uacent, et die Dominico dicti*





diem Sabbati tunc proximo subsequente, sacratissimam eiusdem Dni nostri Iesu Christi Eucharistiam reuerentes, et deuote suscipiant, ipsumq. Redemptorem nr̄m pro felici successu eiusdem Concilij pie, ac suppliciter orent, rogareq. non cessent quod, ut facilius, Deo ipso propitio, consequi ualeamus. Nos ipsi solennes indicere supplicationes, et una cum uenerabilib. fratrib. nr̄is S. R. C. Cardinalib. omnibusq. Prelatis, et Romane Curie magistratib. die Dominico qui erit uicesimus tertius presentis mensis Nouemb. e Basilica s. Petri usq. ad Ecclesiam beate Mariae uirginis de Populo concedente domino, incedere decreuimus, ibiq. solemni Missa celebrata omnes ad Dominum pias, et deuotas preces pro tam salutari opere feliciter dirigendo effundemus. Ut aut̄ promissa purius et comodius fieri possint, Ecclesie thesauros, copiose, atq. benignè aperientes Christi fidelib. supradictis, ut hac uice tantum confessores eligere ualeant presbiteros seculares, uel cuiusuis ordinis regulares, qui eor. confessionib. diligenter auditis, eos, et eor. quemlibet a quibusuis peccatis, criminib. et delictis quantumcunq. grauius et enormib. etiam sedi Ap̄. reueruatis, et in bulla, que in die coena Dni Legi consueuit, contentis, necnon a censuris, quas propterea incurrissent, iniuncta inde eis pro modo culpa penitentia salutari, absolueret, ac uota quaecunq. per eos emissa (castitatis, et religionis uotis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possint, dicta aut̄te Ap̄. concedimus et indulgemus. Præterea nos Christifidelib. eisdem, qui prædicta omnia adimplerint, aut si qui morbo, uel alio quo-

piam



quam iusto impedimento detenti ea facere nequiverint piam  
 elemosinam alicui pauperi Christi iuxta eorum conscientiam  
 uel confessor. suor. arbitrium erogauerint, uel si ipsi pauperes  
 fuerint, quinquies orationem Dnicam, et toties salutationem An  
 gelicam deuote recitauerint de eiusdem Omnipotentis Dei  
 misericordia, ac beator. Petri et Pauli Apostolor. eius aude  
 confisi, plenissimam, et eam que Christianis fidelibus Ecclesiis dicta  
 Urbis, et extra eam ad id Statuta uisitantibus. anno Jubilei  
 concessa est Indulgentiam, et omnium peccator. suor. remissi  
 onem misericorditer in Dno concedimus, et elargimur. Praeci  
 pientes insuper omnibus Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis  
 Archiepiscopis. Episcopis et alijs Ecclesiar. Praelatis in uirtute sancta  
 obedientia, ut cum primum presentes Lra, seu ear. transumpti  
 manu Notarij publici subscripti, et sigillo alicuius Praelati  
 seu persona in dignitate Ecc<sup>le</sup> constituta munitum, ad eos  
 deferri contigerit die congrua iuxta praemissa ab ipsis sta  
 tuenda, solennes supplicationes ad effectum praemissar. inducant,  
 et celebrent, ipsasq. presentes, siue earum transumpti Emoc  
 Statum per suas Prouincias Ecclesias et Dioceses sine aliqua  
 fraude, aut luero gratis publicent, et publicari faciant  
 non obstantibus quibusuis constitutionibus et ordinationibus Ap<sup>osto</sup>  
 lolicis, et contrarijs quibuscumq. Volumus autem quod transumpti  
 praefatis, ut praefatur, subscriptis, et munitis eadem prorsus  
 fides adhibeatur, qua ipsis originalibus litteris adhibetur  
 si foris exhibite, uel ostensa Dat. Romae apud s. Petrum Anno  
 Incarnationis Dnicae M. D. Lxi. xvii. Cal. Decemb. Pont. nri  
 anno secundo

Ca. Glorierius